

dracimales se accuset, qui ob infirmitatem jejunare non potuit, nec circumstantiam infirmitatis aperiat, lethali peccato se obstringit. Lethalis tamen peccati reos non cenfentur homines simpliciter, rudes, imperiti, qui circumstantiam illam malo animo, vel ex indiguitate, Confessarium non celerant, illorum enim simplicitati, & imperitiæ prudens Confessarius succurrere debet.

REGULA XII.

Penitentem confiteri tenetur circumstantiam Relapsus in eadem peccata.

Hæc enim circumstantia peccati gravitatem plurimam auget: Fiantque novissima hominis, ita relapsi peccata prioribus, ut Christus docet. Hanc Regulam confirmat S. Thom. in 4. Sentent. dist. 22. q. 1. a. 3. ubi eorum opinionem refellit, qui hanc circumstantiam non esse necessariam in Confessione aperiendam contendebant: sed ex hæc opinio (inquit) videtur religio, quod non possit plene recidivans morbo remedium adhiberi: multa enim expedit ad spiritualium salutem recidivans, quæ non sunt necessaria junctis, ut scilicet circa eum major cautela adhibeatur. Et ideo videtur distinguendum esse, quod in Confessione est aliqui exponendum dupliciter: uno modo directe: & sic expone dicitur, cuius abolitio per Confessionem queritur: & sic peccata dimissa recidivans nullo modo confiteri tenetur, nec in generali, nec in speciali, cuiusque confiteatur, alio modo indirecte, utrum Confessionis, & Satisfactionis debita includat, tenetur ille, qui confitetur, Sacerdoti exponere ea, quibus Sacerdos possit scire, quæ Satisfactio sit congrua impendenda, sicut confitens confitetur Sacerdoti interdum se esse infirmum ut jejuniatum non imponat: & per hunc modum tenetur recidivans notificare peccata dimissa, quantum sufficit ad hoc, quod sciatur, quæ Satisfactio est ei impendenda, ut si forte frequenter lapsum carnis passus est ex aliqua occasione, illa occasio præcitur per Satisfactionem: & sic de aliis peccatis: & ad hoc videtur sufficere Confessio dimissorum peccatorum in generali: tamen interdum ad aliqua specialia peccata oportet descendere, secundum quod confitens videtur oportunitatem: non enim potest in his aliqua certamen prælagi.

Denique inter varias corrupte morali Propositiones Innoc. IX. Pontifex Maximus hæc damnavit 48. Non tenetur Confessario interroganti fateri peccati alicuius conservandam. Clerus etiam Gallicanus in generalibus Comitiis anni 1500. hæc propositionem confixit his verbis: Falsa est, temeraria, in errorem inducit, sacrilegia facit, Christiana simplicitate, Ministrorum Christi iudicaria potestate, Confessionis integritati, ut que ipsius Sacramenti institutioni, ac sui derogat.

Propositiõ damnata.

REGULA XIII.

Imminente naufragio, vel prælio, aut alio præsentis periculo, ex quo nullus potest exire, si Sacerdos omnium Penitentia remedium postulantium Confessiones integras excipere non possit, plures simul peccatum aliquod suum confesit, aut generaliter dicitur se de peccatis accusantem, & signa Contritionis dantes, absolovere sacramentaliter potest, & debet.

Cum enim Ecclesiæ Clavibus se subiciant, faciantque illi, illis angustis, quod in se est: remedio a Christo instituto, & Ecclesiæ commisso, lapsique in mortale peccatum post Baptisma necessario privari non debent, ne ligati exeant ex hoc mundo. Si tamen ex eo periculo evadunt, omnia peccata sua sigillatim, ac soli tenentur Sacerdoti confiteri.

REGULA XIV.

Letaliter peccat Sacerdos, qui extra huiusmodi periculum extrema, multorum simul Confessiones audiret, etiam puerorum dolli captivum.

Præceptum enim Ecclesiæ violare non vereretur, quæ Confessionem secretam esse jubet, atque a solo Penitente fieri, Canone 21. Concilii Lateranensis 3. Omnis utriusque sexus Fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti.

REGULA XV.

Sacerdos vocatus ad infirmum, qui obmutuit, aut rationi usus destitutus est, ipsum absolovere potest, & debet ex aliorum testimonio asserentium Penitentem animi signa ipsum exhibuisse, & Confessarium postulare.

Hæc Regula nititur in primis auctoritate S. Ang. Lib. 1. De Adulterinis Conjugiis, c. 26. & 28. ubi Catechumenos in extremis constitutos, etiam si nec ad interroganda respondere, nec Baptisma petere possint, esse nihilominus baptizandos docet: & similiter moribundis Penitentibus Reconciliationem, sive Absolutionem concedendam, etiam ipsos vox, & sensus defecerint. Catechumeni, inquit in ultimo vita hujus constituti, si morbo,

vel casu aliquo sic oppressi sunt, ut quamvis adhuc vivant, petere tamen sibi Baptisma, vel ad interrogata responderi non possint, pro eis, quod eorum in Fide Christiana jam nota voluntas est, ut eodem baptizentur, quemodo baptizantur infantes, quorum voluntas nulla adhibetur. Et postquam significavit eos non esse iudicandos, qui contrariam disciplinam usurpant, & baptizare non audent eos, qui pro se respondere nequeverint, ne forte contrariam gerant voluntatis arbitrium, eorum scrupulum his verbis anollitur: Sed non solum incredibile est, nec in fine vita hujus baptizari Catechumenum vellet: verum etiam si voluntas eius incerta est, multo fatius est nolenti dare, quam volenti negare, ubi velle, an nolle, sic non apparet, ut tamen creditibilis sit, cum si possit, velle se prius fuisse dicturum ea Sacramenta percipere, sine quibus jam creditus non oportet de corpore exire. Et interius, hypochres facta de Catechumeno adultero, constituto in extremis, & vocis usus, sensuumque destituito, eum etiam baptizandum esse censet. Ego (inquit) non solum alios Catechumenos, verum etiam eos, qui viventium conjugii copulati veniunt adulterina consortia, cum salvo corpore in his permanent non admittimus ad Baptisma: s. tamen si perierint, & intra se Penitentem recuerint, nec pro se respondere poterint, baptizandos puto, ut etiam hoc peccatum eum ceteris Lavacro regenerationis abluatur. Quis enim novit, utrum forte adulterina carnis illecebra usque ad Baptisma mensuatur detinere? Tandem eandem esse Penitentiam rationem asserit, id est, eam Fidelis moribundo, aut Sacerdoti adventum vocis usum autem admittendam esse. Quæ autem Baptisma, eadem Reconciliationem esse causam, si forte Penitentem sciendo vita periculum præconspexerit. Nec ipse enim ex hoc vita ipsa perire potest, ut vellet debet Mater Ecclesiæ.

Nititur secundo Conc. Cardagenisense 4. Can. 76. cujus hæc sunt verba: Is, qui Penitentem in infirmitate petiit, si eisdem ad eum Sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutasset, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium, qui eum audierunt: & accipit Penitentiam. Et si contritus crediderit mortuus, reconciliatur per manus impositionem, & infundatur ei: eius Eucharistia. Si supervixerit, admoveatur a supradictis vestibus sua perionis satisfactum, & Judicium faciat Penitentiam, ne converti ad Christum non consentiat sua habere iudicium, ne converti ad Deum de die in diem differat, nec Satisfactioni sibi tempus in fine vite sue constituat: quia periculosus hæc conditione fragillitas, & ignorantia humani concilii, ut ad paucorum horarum servet inest: & cum possit penitentis Satisfactione indulgentiam promereri, illius temporis angustias eligat, quo vix inveniat spatium, vel Confessio Penitentis, vel Reconciliation Sacerdotis. Verum etiam saltem necessitati ita auxiliandum est, ut & actus illi Penitentis, & Communionis gratia, si eam etiam amissio vocis officio, per indicta etiam integra sensus postulant, non negetur. At si aliqua agri tudine ita fuerint aggravati, ut quod paulo ante peccabant, sub presentia Sacerdotis significare non valent, testimonio eis Fidelium circumstantium professe debeant, ut simul Penitentia, & Reconciliationis beneficium consequantur.

Quinto nititur Concilii Toletani 12. Can. 2. Multo (inquit) sape confestim in salute pestos ultimum desiderantes Penitentiam fructum, & rursus nimiate agri tudinis ita loquendi, & sententiæ naturale perdidisse officium, ut nulla illis cura salutis sue videretur inesse, nullo etiam pristina devotionis noscerentur desiderio anhælere: quorum tamen castibus Fraternalis consolens, ita talium necessitates in fide suscepit sua, ut ultimum illis tribuatur vitæ, cum scilicet ne sine fructu Penitentia transire viderentur a sacro. Idem confirmat Conc. Tolet. 13. Can. 9. Sicut Baptisma, quod necessitate parvulis sine ulla contentione in fontem proximum accipitur: ita Penitentia denum, quod necessitate illudatur, absque impugnantia violationis, his qui illud acceperint, observantur. Sicut ergo ad gratiam Baptismi suscipiendam non est necessaria cognitio administrationis Baptismi sibi factæ, ut Baptisma parvulorum demonstrat: ita nec ad gratiam Reconciliationis in Sacramento Penitentia suscipiendam semper, & in omni casu necesse est ei, qui ab solvitur, cognitio eorum, quæ circa ipsum geruntur.

Sexto, idem confirmat Rituale Romanum, de moribundo ita loquens: si petiit Sacerdotem, ut confiteatur, ostendit se facere velle omnia, quæ debet, & incerta factus est maritus, vel phreneticus, & periculum est in mora, debet præsupponi contritus, & faciente aliquo Confessione generalem pro eo, sicut fit in populo, Sacerdos faciat Absolutionem ab omni sententia, & peccato: & potest injungere circumstantibus aliquid pro eo faciendum, vel hæc dicitur, aut consanguineis pro eius Anima, si velint accipere. Deinde debet ei dari Eucharistia, si non sit confusus.

Contra enim perfectæ, vel imperfectæ, quæ Attractione infirmis, & vocatur, dispositio necessaria est ad gratiam in Sacramento Penitentia suscipiendam: Et quævis tempore ad

Contra enim perfectæ, vel imperfectæ, quæ Attractione infirmis, & vocatur, dispositio necessaria est ad gratiam in Sacramento Penitentia suscipiendam: Et quævis tempore ad

Contra enim perfectæ, vel imperfectæ, quæ Attractione infirmis, & vocatur, dispositio necessaria est ad gratiam in Sacramento Penitentia suscipiendam: Et quævis tempore ad

REGULA XVI.

Homines moribundos, quos vox, & sensus defecit, antequam ullum Penitentis animi signum darent, ac Sacerdotem postulare, absolovere non licet, si confiteri vultis deditos fuisse, aut peccata proximi occasione implicatas.

In voluntate namque peccandi perseverare censentur, donec eam se depoluisse demonstraverint. Nec aliud colligi potest ex loco S. Augustini superius citato, ubi Catechumenos, qui adulteria retinent consortia, baptizandos esse docet, si infirmitate correpti, vox, & sensus usum subire amiserint, eademque esse Penitentia rationem. Supponit enim S. Augustinus, illos in adulterina carnis illecebra perseverare noluisse, & propositum illis fuisse concubinas dimittere ante Baptisma, quæ peccato nuntium omnino remittere; & in illis angustis illis se peccare, quod creditibile faceret Catechumenorum status, quomodo susceperint, & Baptismi suscipiendi voluntas, quæ conjuncta præsumitur cum voluntate sincera præbendi est omnia, sine quibus Ecclesiæ ipsos ad Baptisma non admittit. Illos ergo vicio delictos homines; autem vagos, & ignotos, quibus nullum testimonium fide dignum perhibetur, quod pie, & Christiane vixerint, nullus Sacerdos absolvat.

REGULA XVII.

Moribundum hominem, qui vocis usum, sensuumque subito destituit, Penitentiam, ac Reconciliationem, nec verbis necuribus petiit, nullatenus signa penitentis animi dare potest, absolovere non licet, quamvis bene vixerit, & Confessionem, Communionemque frequentaverit.

Ita censet Sacra Facultas Patristica, et ad ejus examen inter alia Propositiones ex Libro quodam excoctas hæc etiam Propositiõ olim delata est: Talis infirmus, qui absque linguæ, vel usum rationis, s. bene vivebat, ut bonus, & fidelis, & frequenter ab usum rationis, & Communionem, quamvis non petierit Sacramenta, quæ ex imperatoralia acciderant, debet præsupponi contritus, & faciente aliquo Confessione pro eo, sicut fit in populo, Sacerdos faciat Absolutionem ab omni sententia, & peccato: quæ Propositionem eadem Sacra Facultas in sollemnibus Comitiis die tertia Februarii anni 1665. in Sorbona celebratis hæc Censura notavit: Hæc in his Propositionibus universim, & absolute sumpta, est in præteritum periculosa. Neque enim Penitentis actus, qui sine materia necessaria Sacramenti Penitentia, in hac hypothesis dependunt, nec præsentem Penitentiam statim, & intentionem satis perfectam habet Sacerdos, ut Absolutionem sententiam per modum iudicii proferre possit. Alia vero Catechumenorum, & publice Penitentium ratio erat, de quibus in Regulæ superioris explicatione diximus. In illis enim Baptismi suscipiendi, in illis Reconciliationis, & Absolutionis virtuales certe intentionem perseverare comperit erat, cum Baptisma penitentiam, neque sufficienter attritum esse cognovisset, ac ad hæc Sacramenta suscipienda intraretur, thesi Regulæ, quæ explicamus, virtuales intentionem perseverare minime comperit est. Moribundis igitur vultu tantum tribuenda est, cum ipsos Penitentis animi signa exhibuisset, & Confessarium postulare, aliorum saltem relatione, ac testimonio constat, quicquid Theologi nonnulli contra præferunt.

Nec alius est sensus Sacramentalis Venetis editi apud Joannem Vassium anno 1650. Statutum Synodiale Ecclesiæ Lemovicensis, eisdem Lemovicibus anno 1620. cap. 21. a Sede Apostolica sententiam factus videtur: sed cum illi recepta, ea in præteritum non tenentur. Sic autem dicitur: Petri quoque idem applicari remedium ei, qui iudicio, omniumque sensuum usu, huius captus est, non petens penitentiam, nulloque signo Contritionis edito, cum violentia morbi iudicatur de repente, & ex improviso præventus, & oppressus, & Christianus vixit, ferrugine potest iudicium ex actione potiturum fore, si tempus, & morbi violentia permiserint, licet hoc in casu nihil de Absolutionis effectu promittere possimus. Sed Animarum salvandarum causa nullum remedium omittere debemus, quod Deus potestati nostra commisit, Deum orantes, ut immensa bonitate, & misericordia, quod deest agrorum dispositioni, supplet, cetera instruitibus Dei iudicis commendantur.

REGULA XVIII.

Confessio absque Contritione, vel Attritione antecedente, concomitante, vel subsequente facta, prorsus invalida, adeoque iteranda est.

Confessio infirmis, & vocatur, dispositio necessaria est ad gratiam in Sacramento Penitentia suscipiendam: Et quævis tempore ad

impetrandam veniam peccatorum hic Contritionis motus fuit necessarius. Qui ergo peccata sua confititur absque Contritione, vel Attritione antecedente, concomitante, vel subsequente, eaque delictum absoluitur, dispositionem necessariam non offert ad Penitentia Sacramentum: ejus itaque Penitentia nulla, & invalida est, cum Sacramento sacrilege abutatur. Penitentia enim sola Confessione non constat, sed & Contritione, & Satisfactione, qui sunt actus Penitentis, & quasi materia Sacramenti (ut Concil. Trid. loquitur.) Penitentiam autem nullam, & invalidam, Confessionemque sacrilegam iterari oportere nemo negavit, Præterea, A morbo, quasi non sit, per se Confessio, ut dicitur (Eckl. 17.) Confessio igitur, quæ fit a peccatore, in quo nullam est vitæ novæ initium per Contritionem saltem imperfectam, nulla, invalida, & sacrilega est. Qui confitetur (inquit S. Augustinus) foras prodire non potest, nisi viveret. Vivere non potest, nisi resuscitatus esset.

Frustra vero quidam obijciunt locum S. Th. in 4. Sentent. dist. 17. qu. 3. artic. 4. Quæritur. 1. & qu. 7. Supplementi, art. 2. Confessio est actus virtutis, & pars Sacramenti: secundum autem quod est actus virtutis, est actus virtutis proprie, & sic Confessio non valet sine caritate, quæ est principium merendi: sed secundum quod est pars Sacramenti, sic ordinat confitentem ad Sacerdotem, qui habet Clavibus Ecclesiæ, qui per Confessionem conscientiam confitentis cognoscit: & secundum hoc Confessio etiam potest esse in eo, qui non est caritativus, quia potest peccata sua Sacerdoti manifestare, & Clavibus Ecclesiæ se subicere. Et quævis tunc non perit Absolutionis fructum, tamen recedente confessione percipere incipit sicut etiam in aliis Sacramentis: unde non tenetur iterare Confessionem, qui scilicet accessit, sed tenetur postmodum huiusmodi confessionem. Confessio absque Contritione, vel Attritione sufficienter attritus non est, ad Sacramentum factus accedit: nec tamen (inquit) iterare Confessionem tenetur, S. Thoma judice.

Frustra (inquit) hæc locum obijciunt: cum enim ait S. Thom. hominem, qui ad Sacramentum Penitentia factus accedit, non teneri ad iterandam Confessionem, sed solum ad contentiendum postmodum huiusmodi factum; intelligendum est de homine, qui apud eundem Sacerdotem peccata sua semper deponit, vel qui sine Contritione, aut Attritione sufficienter confessus, hunc defectum ignoravit. Qui igitur Confessionem fecit, & Absolutionem accepit absque sincero dolore de peccatis, eorumque detestatione quatenus sunt offensa Dei, si eundem adeat Confessarium, eique suam illam huiusmodi declarare, minue necesse est, ut cetera peccata confiteatur, quæ in sacrilega illa Confessione aperuerat, quia huiusmodi illam aperiendo eadem Sacerdoti, qui Confessionem illius per confessionem cognoscit, eadem peccata subicit clavibus Ecclesiæ (ut docet S. Thomas.) Conscientiam vero peccatoris per Confessionem præcedentem penitus non cognovit Sacerdos; Siquidem huiusmodi illius perfectam non habuit: ipsum enim non absolvisset, si neque contritum, neque sufficienter attritum esse cognovisset. Præterea, si huiusmodi confiteri tenetur, emittet aperte debuit Sacerdoti prima Confessione, in qua ipsam commisit: cum enim huiusmodi huiusmodi sit letale peccatum, certum est, eum qui sine dolore sincero de peccatis, & eorum detestatione, quatenus Deum offendunt, absolvitur, Confessionem integram non fecisse, siquidem huiusmodi illam celavit. Confessio autem, quæ non est integra, prorsus invalida est, nec est Confessio, sed Confessionis simulatio. Cum itaque huiusmodi huiusmodi sit letale peccatum, quatenus reus erat, cum primum confessus est, nec ab illa huiusmodi fuerit absolutus, quam postmodum confiteri tenetur, secundum S. Thomam, evidens est, ipsam a reliquis etiam peccatis absolutum non fuisse: illa ergo cum ipsa huiusmodi tenetur confiteri; ut simul ab omnibus absolvatur: nisi eadem, cui primum confessus est, Sacerdoti huiusmodi illam confiteatur, qui peccatorum memor jam clavibus Ecclesiæ a Penitentibus subceptorum, conscientia illius statum ex unius huiusmodi Confessione satis perfectam, & exploratum habet. Verum si peccator alterum Confessarium adeat, non sufficit, ut huiusmodi ipsi confiteatur, ac de sacrilega Confessione se acculet, sed & reliquorum peccatorum Confessionem ipsam iterare necesse est: alioquin conscientia illius statum Sacerdos ille cognovit non habebit. Iudex ergo illius in sacro Penitentia tribunalis esse non poterit, nec pro gravitate peccatorum congruum satisfactionem imponere, nec Absolutionem Sententiam vice Christi proferre: ipsam enim Judicem, qui sententiam proferit, plenam causæ cognitionem habere necesse est. Ita S. Thomam interpretatur S. Antoninus 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 5. Potest (inquit) sustineri opinio Thomæ, loquendo de illo, qui confitetur ei cui prius, & non oportet iterare Confessionem ei prius factam, licet sit illam, etiam si Sacerdos non recoleret peccata sibi prius dicta: quia nec quando Confessio est integra, oportet, quod recolat actus de principio usque ad finem. Et maxime, quia hic sufficit absolovere ab omnibus, & injungere Penitentiam pro huiusmodi: & pro aliis, quod faciat Penitentiam tunc sibi injunctam.

S. Thomæ locus de Confessione informi, & facta explicatur.

Potest etiam explicari S. Thom. de peccatore, qui ad Sacramentum Penitentiae scilicet accedit, sed fictionem illam suam, seu contritionis defectum ignorat: quia in hypothese Penitentis confessionem iterare non tenetur, quam nullam tamen fecit. Ipse fuit Interpres S. Thom. locis supra laudatis. Quilibet (inquit) tenetur ad Confessionem mortali: sed si aliquis non tenetur, etiam in mortali existit: non tenetur ulterius ad confitendum eadem peccata; quia cum nullus sciat se cavitate habere, nullus sciet se confessum fuisse: ergo non est de necessitate Confessionis, quod sit caritate formata. Idque confirmatur ex verbis eisdem Angelici Doctoris, 3. p. q. 82. artic. 4. ad quintum dicitur: Quod non habeat aliquis conscientiam sui peccati, potest contingere sine culpa ipsius, puta cum doluit de peccato, sed non est sufficienter contritus. Et in tali casu non peccat sumendo Corpus Christi: quia homo per certitudinem scire non potest, utrum sit vere contritus: sufficit enim si in se signa contritionis inveniat, puta si doluit de peccatis, et proponat eorum de futuris. Ita rursus S. Thomam explicat S. Antonius ibidem, & de eo loqui ait, Qui scilicet est quia habet dolorem, sed in imperfectum, quod nec cum Sacramento adhaesione sufficit ad contritionem: nihilominus tamen hanc imperfectam, qua est scilicet, non confitetur, quia credit se sufficienter esse dispositum, et sic non scienter celat peccatum, quod fuit in hoc, quod non examinavit conscientiam suam, sicut debuit. . . Tali, quando rediit ad cor, et voluit se non bene seisse debuit, et ex negligentia aliqua oblitum, tunc incipit valere Confessio, et non tenetur confiteri illa, qua prius confessus fuit se scilicet, quia non fuit dimidiata ex intentione, sed solum illam fictionem tenetur confiteri. Si autem fuisset scilicet, quia non doleret, et scienter celata fuisset, Confessio est nulla: vel si scilicet fuisset confessus, non debuit se dari Absolutio, (ea manente.) Id rursus confirmat sententia illa S. Thomae, in 4. Sententiarum dist. 21. qu. 2. art. 2. bis repetita: Confessio operatur, praesupposita Contritione. Ubi ergo nulla Contritio est, sive perfecta, sive imperfecta, quae Attritio vocatur, Confessio est invalida, adeoque iteranda est.

Cum autem S. Thomae ait, peccatorem, qui sine Contritione confititur, quomvis tunc non percipiat Absolutionis fructum, recedente tamen fictione percipitur, sicut etiam in aliis Sacramentis: comparationem ulqueque accuratam non instituit inter Penitentiam, & alia Sacramenta, quae recedente fictione gratiam conferunt. Illa enim, etsi sacrilege suscepta, vera nihilominus Sacramenta erant, Adalium, verbi gratia, qui sine dispositionibus ad gratiam iustificamentum necessariam baptizatur, verum Sacramentum recipit, Christi Carattere insignitur, fit Ecclesiae membrum: & Sacramentum illud in mslo Christiano ratione characteris permanentis gratiam operatur, cum obex, scilicet fictio praecedens, conversione sincera ad Deum remouetur. Verum qui confessionem facit, & Absolutionem recipit absque Contritione saltem imperfecta, quae Attritio dicitur, nullum Sacramentum suscipit: Confessio illa, & Absolutio nullum in eo producit effectum: nihil in eo relinquunt, nisi magnum sacrilegium: characterem non imprimunt, cuius virtute gratia produci potest accedente contritione. Quod etiam quidam Theologi iungunt, in eo, qui scilicet accedit ad Sacramentum Penitentiae, produci quendam ornamtum, cuius virtute gratia Sacramenti, recedente fictione producitur, merum figmentum est, nullum in Scriptura, vel Traditione fundamentum habens; neque explicari adhuc potest, quid fit ornamtum ille. Certe si Eucharistia indigne recepta spiritualiter effectum in anima non producit, recedente etiam fictione, quia characterem non imprimunt, cum tamen Sacramentum recipit, qui Christi Corpus indigne manducatur, ut docet S. Thom. 3. p. q. 80. art. 2. ad primum: quomodo Confessio sacrilega, quae characterem pariter non imprimunt, immo quae nullum Sacramentum est, gratiam operari dicit potest fictione recedente, secundam Angelici Doctoris mentem?

Denique Dominicus Soto. Ordinis Praedicatorum Theologus eximius, maximamque laudem in Tridentino Concilio consecutus, dicere non dubitat, S. Thom. in 4. Sententiarum locum fuisse cum vulgo, quod quidem in Summa correxit, et correxit clarior, si hoc usque pervenisset. Secundo in non videtur itam tribuisse huic Sacramento, quod Baptismo. Ait enim, quod quomvis tunc confessus non percipit Absolutionis fructum, tamen recedente fictione recipit, sicut est in aliis Sacramentis. De aliis autem Sacramentis non imprimuntur characterem nulli huic ipse opinatus est; sed Capreolus, & Paludanus, qui scilicet illum ornamtum per Sacramentum hoc imprimi autumant, illum gratia fructum recedente fictione & hic quoque iungunt. Aramen S. Thomae (ut arborum) non aliud sibi vult, quam quod recedente fictione per Contritionem incipit homo habere gratiam, et veniens peccatorem, quam non habuit per primum Sacramentum: et si iterum confitetur, habebit etiam gradum sacramentalis gratiae similem illi, quem habuit per primum Sacramentum. Hec paulo prolixius explicare opera premium fuit, ne Theologi solutioris, molliorisque doctrinae in his, quae Penitentiae Administrationem spectant, S. Thomae verbis ulterius abutantur.

Hanc de fictione Penitentium quaestionem dilucide Ven. Multiplex fictio veniens. venerabilis Gersonius explicat in Responsione ad Quaestiones quasdam Morales, qu. 2. Quadam fictio (inquit) est penitentie mentis; quaedam de se dimittens: quaedam patenter inficiens; quaedam insufficienter dimittens. Fictio triplex prior impedit ut Confessio, vel praesens Absolutio valeat sic fingentis, qui oportet, vel necessarium sit iterum de omnibus sacramentaliter confiteri. Quarta vero fictio potest inveniri, licet non bona, non tamen sicut priores equaliter mala; ubi licet Absolutio non conferatur gratiam, nec peccata deleat, confert tamen eas sententiam, nec oportet de se Confessione iterum confiteri. . . Mentis autem in Confessione perniciosa, peccata mortaliter. Secus autem est de mendacio quod ex genere suo alias est solum veniale, ut videlicet miscendo quamdam levem circumstantiam falsam, vel excusationem frivolum. Fictio autem secunda, scilicet de se dimittens dicitur, quia tacet solum ad celandum peccatum suum, cui certum sacerdoti, atamem proponit hoc alteri confiteri, et hoc facit in fraudem integritatis ipsius Confessionis, videlicet ne visis reputetur, si hoc peccatum tali detegeret, cui iam forsitan alia plura detexit gravia, et reservatis hoc eundem alteri, qui propria nescit, ne fallaciter reperitur apud humanum iudicium peccatum parvum, qui coram Deo est peccatum magnum. . . Fictio tertia, quae est patenter inficiens, sit dum confitens retinet aliquid propositum actualiter iterum peccandi, nec habet propositum iuxta Confessionis voluntatem in se ablatam restituendum, et satisfaciendum aliter, prout forte satisfaciendum. Et haec fictio relabatur, et coincidit in duo membra fictiois priora: quia vel hic est celatio peccati mortalis, si non confitetur hoc propositum peccandi: vel est perniciosa mendacium, si dicit, se penitere, et dolere peccato, cum manifeste oppositum ostendat signum suum, ex quo non vult satisficere iuxta sacerdotis iudicium. Fictio quarta, quae est insufficienter dimittens, potest contingere multipliciter. Primo, ignorando factum, quia non fuit sufficienter recognitum. Secundo, ignorando si factum sit peccatum, saltem mortale. Tertio, ignorando si sit taliter, et expresse confitendum. Quarto, ignorando si dispensentia peccati sit principaliter in confite, non ratione culpa, sed ratione pudoris, et poena. Quinto, ignorando si motus in desolationem peccati sit satis intentus, vel non. Sexto, ignorando si ponatur obex Absolutio per propositum non abstinendi a peccato. His praemissis, dicendum est ad Quaestionem, quod Confessio non est propter aliquam istarum defectuum, quoniam quoniam fictionem, qua insufficienter dimittit, respectum, iteranda. Huius ratio est ista, quia ipsa Confessio obicit, et habet effectum, vel in Absolutione sacramentali virtute clavium Ecclesiae, vel in postmodum eas sententia huiusmodi sicut fit etiam quoadque in Baptismo. Et ita concordat satis S. Thomae cum ceteris Doctoribus.

REGULA XIX.

Qui peccatum aliquod mortale in Confessione praetermisit ex Divini iuris ignorantia, Confessionem iterare tenetur: si vero ex ignorantia facti, sufficit, ut illud confiteatur, nec ceterorum Confessionem repetere necesse est.

Hanc Regulam tradit S. Thomas, in 4. Sententiarum dist. 21. q. 2. art. 1. ad quartum: Ignorantia iuris (inquit) non excusat, quia ipsa peccatum est, sed ignorantia facti excusat. Unde aliquis de hoc, quod non confitetur peccata, quae nescit esse peccata propter ignorantiam iuris divini, non excusatur a fictione; excusatur autem, si nesciret ea esse peccata propter ignorantiam particularis circumstantiae: ut si cognovit alienam, quam credidit esse suam: sed oblitus de actu peccati habet ignorantiam facti: et ideo excusatur a peccato fictionis in Confessione, quod fructum Absolutionis, et Confessionis impedit.

REGULA XX.

Quomvis peccata venialia sine virtuali saltem Contritione non deleantur, qui tamen sine Contritione illa confitetur, et ab illis absolvitur, non semper contrahit mortale peccatum, neque Confessionem iterare tenetur.

Primum huius Propositionis partem asserit S. Thomas 3. p. q. 87. art. 1. ubi docet, Penitentiam ad remissionem venialium peccati, non minus quam mortalis esse necessarium: quia sicut peccatum mortale remitti non potest quamvis voluntas peccato abare, ita etiam nec peccatum veniale, sed perfectiori Penitentia opus esse ad mortali remissionem, scilicet actuali desolatione omnium, & languorum: ad venialium vero remissionem virtuali tantum dispensantia, qui vir iustus affectu tam fervido fuerit in Deum, & res divinas, ut quicquid ipsi occurreret, quod cum ad hoc motu retardaret, & displiceret ei, & doleat se id commisisse, quomvis actu de illo non cogitare.

Et in 4. Sententiarum dist. 21. quest. 1. artic. 1. ad primum: Confessio generalis (inquit) quandoque est sacramentalis; et quandoque non: sacramentalis quidem est, quando aliquis in secreto sacerdoti confitetur quaedam, quae meminit, et alia venialia in generali: et tunc illa generalis Confessio ex quatuor habet, quod valeat ad remissionem

nem venialium quantum ad culpam, et etiam penam, vel in parte, vel in toto, scilicet ex contritione confitens, ex humilitate Confessionis, ex oratione sacerdotis, ex vi clavium. Quando autem fit publice coram multis, et cum multis in Ecclesia, non est sacramentalis: unde tunc habet effectum ex tribus primis, et non ex quarto. Ad tertium vero respondet, Quod Contritio generalis sufficit ad peccatorum venialium dimissionem quoad culpam, sed illud quod habuit retinetur in affectu, excluditur ab illa generalitate; unde illud non deletur per talem Contritionem, neque etiam per generalem Confessionem. Denique Sacramentum Penitentiae tribus constat partibus, scilicet Contritione, Confessione, Satisfactione, quae sunt Quasi materia huius Sacramenti: cuius igitur venialia peccata Sacramento Penitentiae, & Ecclesiae clavibus per Sacramentalem Confessionem subijciuntur, quod certe saluberrimum est, Penitentis de illis contritus esse debet saltem imperfecta Contritione, quae peccandi voluntatem excludit: alioqui Penitentiae Sacramentum in eo, qui venialia dumtaxat confitetur, nullum erit, & carebit effectu.

Pars altera Propositionis inde probatur, quod adhaerere ad veniale peccatum, quod vir iustus confitetur, adeoque Contritionis in illa Confessione defectus, non fit peccatum letale: siquidem regnans Dei amor non expellitur ex animo, nisi majore creaturarum amore, & nisi res condita Creatori praefertur. In ipso itaque Sacramento Penitentiae usu, sicut extra usum sacramenti, caritas cum aliquo creaturae amore consistere potest. Peccatum igitur letale non contrahit homo iustus, qui venialia peccata confitetur, a quoerum amore necdum expeditus est, nec de illis vere contritus; praefertur si illud Sacramentum adeat non animo profandam, sed fese in actibus Religionis exercendis, & spe Sacramentalem Absolutionem obtinendi. Neque enim Sacramentum profandam, & violari qui iure dixerit, cum traditur non profano, qui temporaria aeternis anteponit, sed iusto, & religioso, qui Deum omnibus praefert. Non prodest quidem Sacramentum ei, qui sola venialia confitetur, absque illorum detestatione, sed letalem noxam animae propterea non asfert. Possunt enim pharisei sic sumi, ut nec profane, nec oblat, vel certe non letaliter oblat, Pari ratio Sacramenta non semper animae mortem inferunt, quando accepta non profunt. Nam inter prodesse, & letaliter obesse, medium intercedit, nec prodesse, nec obesse, vel etiam parum prodesse. Et quomvis Sacramenta sint res sacrosanctae, non omnis tamen irreverentia, quae in illa committitur, letale facit. Quomobrem nec est iteranda necessario Confessio Confessionis sacramentali necessario subijcenda est, cum aliis remediis expiari possit, sicut & venialium peccatorum reliquum omne genus. Periculi tamen plena res est venialis sine Contritione frequenter confiteri, & si quando perfectum sit Confitentiarum Moderatorum, Penitentem, qui sola venialia, illic eadem saepe confitetur, de illis non dolere, vel propositum ipsi esse ab illis cavere, quantum humana fragilitas patitur, sed in illis praesertim, quae plena voluntate, non ex subreptione, vel infirmitate perpetratur, amore adhuc herere: omnem dare operam debent, ut illos ad Contritionem excitent, & ab amore nimio liberi ipsius, vel terrenarum rerum excusentur abhistant, quibus velut glutino quodam, & visco detineantur anima, ne ad Sponsi caelestis amplexus curat; illicque Communionem Eucharisticam, immo & Absolutionem distententur, nisi peccata quantumvis minuta detestentur, emendationisque propositum habeant. Non fiant tamen scrupulis conturbanda: piorum animae, non fiant tamen scrupulis conturbanda: peccata frequenter confitentur, & in eadem, (quae humana fragilitas est) semper impingunt, consistit modo ipsi displicere noxas illas est leviores, illarumque remedia in Sacramento quaerere, aliave adhibere, & Christianae perfectionis desiderio in id incumbere, ut concupiscentiarum expugnant, aut minuant. Sed cum illis severius agendum, qui sine timore ruunt in peccata, quae non extirpantur esse mortalia, illaque voluntate plene deliberata committunt, quia supplicii aeterni illa non puniri persusum habent. Qui enim ita sunt affecti, non videntur amere virtutem, sed timere dumtaxat supplicia, nec Deum colere, ut Patrem, quem offendere nolint, sed solum vereri, ut Iudicem a quo timent damari. Probus enim filius non solum sollicitus cavet, ne illa committat, propter quae fit de a patre exheredandum; patrem suum novit offensum iri, tamen non adeo, ut filium propterea ab hereditate excludat.

REGULA XXI.

Virginitas, et Devotio Faminis summo pretere cavendum est, ne ex frequentibus venialium peccatorum Confessionibus, et occasione Confessionum, collectionibus cum Confessariis, et Moderatoribus Confentiarum, nimia ad ipsos Confessarios, et Directores abasque, et impuri, vel inquieti affectus nascantur.

Hanc Regulam tradit insignis Vitz Spirituales Magister Joannes Avila, cap. 8. super Verbum Pf. 144. Audistis, Nat. Alex. Theol. Tom. I.

Cautio de voti femini necessitate.

his verbis ex Hispano fideliter redditis: Fuge viri familiaris esse. Numquam sola sis cum illo illo, nisi cum Confessario tuo: neque diutius apud illum commoretis, quam psaltes Confessio. Et haec nullis superfluis verbis protrahenda est, ne multis loquatur et ipsa peccet, et peccandi occasionem Confessario praebet. Hoc tanto studius curandum est, quo Confessio ordinata est, ut tollat, non ut ingerat peccata. Nihil enim magis perversum, quam eoni ad augendum animarum morbos, quo illos curari oportet. Sponsa Christi, praesertim juvenis, magna diligentia, et praedivina in eligendo Confessario opus est. Necessa ut in se sit irreprehensibilis, et fama illibata, atque aetatis matura. Hic ubi fuerit reperitur, atque electus, cum observanda animi affectione, ne circa hunc fere ex ratione occupentur, qua animus matrum familiaritas circa maritum, prolesque suas exigit, amando, et satagendo occupatur. Locus, quem in corde uxoris maritus occupat, in corde virginis non Confessario, sed Christo, quod unus Virginum Sponsus est: totus dandus est. Non cogitandum de Confessario, nisi ut, quod ipse docet, Virgo opere exerceat: dum Dei, qui solus spes, et consolatio nostra est, voluntas finit, ut Confessarii praesentia Virgo detinatur, id eoque animo ferendum est. Si autem, qualem desideramus Confessarium Virgo, aut Famina Deo devota reperire non potest, satius est fuerit, in sacrorum Librorum lectione, et meditatione contenta, non misceat, aut quater in anno peccata confiteatur, sumatque Sacramentum Corporis Domini, quam ut frequenti confessione de incontinentia, et non inordinatis affectibus suscipiat. Et licet iniquitatum affectuum suis conscientia Virgo non ferat, tamen ne alius scandalum sit, etiam ab illis congressibus, et sermationibus cavere debet, quae alibi male suscipiendi materiam sufficere solent.

Moram diuturniorem in frequentibus Devotarum Faminarum Confessionibus audiendis, & prolixiore cum illis sive in Confessione, sive extra sacrum Tribunal colloquii Directionis specie, tam ipsi vultur. Venerabilis Umbertus Ordinis FF. Praedicatorum Generalis Magister, in Libro De Officiis ejusdem Ordinis, & S. Antoninus, 2. p. tit. 17. c. 19. Audiendo mulieres (inquit) cavere, ne nisi publico audiant, et nisi ab aliquo, vel aliquibus videantur, nec multum immoretur, nisi quantum necessitas Confessionis requirit. Et eis, quae nimis frequenter confiteri volunt, asserunt certum tempus, extra quod ipsas non audiant, nec alius colloquii se eis exponat. Et semper verbis dicit, et virginitatis illas nator potius quam mulierum. Hae ex B. Umberto laudat S. Antoninus, subditque: Et hoc est contrarium, quod quodam audiant mulierculas, et faciant eis longas Praedicationes. Unde amittunt multum temporis, et scandalum committunt sequitur in ipso, et in Populo.

Specie caritatis moram diuturniorem, aut frequentationem nimiam devotarum feminarum frustra exculcent imprudenter conscientiarum moderatores. Timendum enim, ne pro sane non sint in caritate. Timendum trigus caritatis ventosante ab Aquilone, unde omne malum. Ne hoc frigore caritatis, et amor in amore sua Thama obrigetur. Timendum ergo, ne forte et nos hac infirmitate caritatis aliquando superemur. Nonnumquam enim evenit, ut primum a nobis in virginem sive in quamlibet faminam sit sancta dilectio, et cum melius mensuraverit in affectu, paulatim sanctae caritatis languore pallescat, et infirmari incipiat, et ad extremam mortem diligentem ferat. Unde Apostolus canit, et prudenter Timotheo praecipit, ne exhortetur adolescentem in omni castitate. Omnis autem castitas in carne, et spiritus, et anima est: ne scandalizetur oculus: ne in pulcherrimo vultu feminae herentes pendamus: ne blanda nos audire verba delectet, ne ad simulatos sermones mens prius dura marcescat. Cavent ergo tam juvenes, quam senes, tam adolescentula quam vetula, et omni diligentia custodiant corpus suum: ne sanitate dilectionis morbus caritatis invroat, et per amorem sanctum fiat non sancta dilectio, quae illos pertrahat in gehennam (inquit S. Hieronymus.)

REGULA XXII.

Confessiones, praesertim mulierum, in Ecclesia, in loco patenti, non in angulis abscuris locis, aut Capellis minus late patentibus excipi debent.

Sic enim in plerisque Conciliis statutum est. Sic Odo Patris rificiens Episcopus in Synodo anni 1194. Ad audiendum Confessiones Sacerdotes, ut communiter ab omnibus videri possint: et in locis abditis, aut extra Ecclesiam nullus recipiat Confessiones, nisi in magna necessitate, vel infirmitate. Ita Richardus Episcopus Sarum in Constitutionibus anno 1217. editis, c. 25. Confessiones mulierum audiantur extra velum, et in propeo quantum ad visum, non quantum ad auditum.

Concilium Narbonense anni 1226. c. 7. Illi qui Confessiones audierint, in loco patenti audiant, non occulto. Synodus Colonienis sub sifrido Archiepiscopo, anno 1280. c. 8. Ad Confessionem (inquit) audiendam, communem, et apertum locum in Ecclesia, ut ab omnibus videri

possum, sibi eligant Sacerdotes. In locis autem obscuris, & tenebrosi Confessiones non audiant: nec extra Ecclesiam, nisi in magna necessitate, vel infirmitate. Contrarium facientes Sententiam Excommunicationis se noverint incursum.

Item precipimus, ut Sacerdotes ante solis ortum, & post solis occasum, nullatenus ad Confessionem audiendam seant, nisi in magna necessitate, & in loco illuminato, & aliquibus presentibus.

Item Sacerdos mulierem, qua sola sit in Ecclesia, nullatenus audiat confitentem, sed in conspectu honesta societatis. Contrarium facientes isto facto Sententiam Excommunicationis se noverint incursum, & insuper tribus diebus in pane, & aqua jejunent.

Synodus Neumufenis anni 1284. Tit. de Penitentia: Districte vero precipimus, quod illi, qui Confessiones audierint, & in loco patenti audiant confitentes, non in occultis, & precipue si fuerint mulieres.

Synodus Exoniensis anni 1287. Tit. 5. de Penitentia; Mulieres in aperto, & extra velum confiteantur: non ut audiri valeant, sed videri.

Synodus Bajocensis anno 1300. cap. 81. Ad audiendam Confessionem eminentem locum sibi eligant Sacerdotes, ut communiter possint videri: & in locis abditis extra Ecclesiam nullus recipiat Confessiones, nisi necessitate.

Concilium Lambethense anno 1330. c. 2. Sacerdos ad audiendam Confessionem communem eligat sibi locum, ubi communiter ab omnibus videri poterit in Ecclesia: & in locis absconditis non recipiat Sacerdos alienus, & maxime mulieris Confessionem, nisi pro maxima necessitate, aut infirmitate Penitentis.

S. Carolus Borromeus in Instructionibus de Fabrica Ecclesie, l. 1. A latere Ecclesie, extra Capella Majoris ambitum, loco aperto, patenterque Confessionalia constituantur: partim a Meridionali regione, partim Septentrionali. In aliis eriam Ecclesia locis, pro ratione amplitudinis, & stus Ecclesie, Episcopi concessu aliquando collocare licebit, ut in Capellis quibusdam ample patentibus, aut in earum aditu, vel limine: ita ut Confessarius intra claustris septa, Penitens vero extra sit: quos ut claustris Capella arceantur, qui inordinate concurrentes ad sacram Confessionem, nimisque prope alium, qui tunc peccata sua confitetur, vel ipsum Penitentem, vel Confessarium facile intersturbant.

Concilium Burdigalense anni 1624. c. 5. n. 6. Sed etiam edicimus, ut quancumque Ecclesiarum locis patentibus, non in Capellis, aut angulis Confessionalia collocentur: nunquam vero in Sacriliis. Licet enim Confessiones audiantur. Prevident etiam Episcopus, Ecclesiarum habita ratione, ne audiendam Confessionum tempora in noctem protrahant Confessarii, neve ante Auroram presentiant.

REGULA XXIII.

Confiteor, sive complexus criminum in Confessione declarare tenetur Penitens, tacito enim nomine, cum id ad Confessionis integritatem necessarium est, scilicet cum peccatum ratione complexus nominat, vel gravius evadit. Alias complexum Confessario revelare non licet, nisi forte servato fraterna correctionis ordine, ut Sacerdos illum ad peccati Confessionem, & penitentiam hortetur, vel a malo ipsi penitentem, aut alteri cuiuspiam inferendo pro viribus deterreat, & prohibeat, arcani religione, prudentemque legibus servatis; sed ut consilium necessarium quærat a Conscientia Moderatore.

Hujus Regule prima pars nititur Can. 43. Conc. Triburienis. Si quis (inquit) cum qualibet fornicatus fuerit, & eo nesciente filius ejus, vel frater ejusdem, & vice infans, cum eadem se polluerit; & postquam se pollutum esse cognoverit, confessus fuerit, quia hoc penitentiæ, & confessus fuit; post peccatam congruam Penitentiam, legitimum utatur Matrimonio.

Item Conc. Vormatiensis Can. 62. Si quis (inquit) cum matre, & filia in adulterio manserit, nesciente matre, quod cum filia mansisset, similiter & filia nescia, & postea ille vir si acciperit mulierem, dimittat eam, & usque in diem mortis sua non habeat uxorem: & illa mulier, quam reliquerit, accipiat virum. Et illa mater, & filia, cum quibus in adulterio manserit, ambabus nescientibus, quod cum matre, & filia mansisset, habeant viros. Nam in notitiam eorum si venerit hoc scelus, & dimittant maritos, & agant Penitentiam. Idem ibi decernitur de noverca, & filiastra, & duabus sororibus. Idem prope referunt Burcardus, Lib. 17. cap. 12. & Ivo Carnotensis, p. 9. cap. 72. ex Can. 4. Concilii apud Vermerias, & Gratianus, Causa 25. q. 1. c. 9. ex Concilio Triburienis. Similia plerique leguntur in Penitentialem Romano, Tit. 3. cap. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. Neque vero de publicis tantum peccatis, sed etiam de occultis loquuntur illi Canones. Vix enim hujusmodi criminibus publicantur, siquidem intra domesticos parietes perpetrantur, & secleris occultandi, & perpetrandi facilitatem maximam præbet consanguinitatis, & affinitatis propinquitas. Deinde Canones non explicant, an sapius, aut cum scandalo hæc crimina commiserint illi, quibus Penitentiam

Quando concilii sive complexus peccatorum in Confessione declarandi.

constituitur, an semel. At sane crimina illa omnia ex una, aut altera perpetratione aspergi suspitione vix possunt, nedum divulgari. Denique occultissima esse crimina ipsi Canones aperitissime testantur, cum hypothemam statuunt duorum affinium, vel consanguineorum circa eandem personam etiam ipsi affinem, vel consanguineum crimen perpetrantium, neutrum crimen alteri cognoscere. Confessarius porro Penitentiam in sacro Tribunali injungens, nosse non poterat gravitatem incestus, nisi Penitentium aliquis criminis confiteor Confessario declarasset. Eadem autem ratio nunc obligat Penitentes ad revelationem confiteor, sive complexum in Confessione Sacramentali: sepe enim contingit, ut peccati species Sacerdoti aperiri non possit, vel gravitas innotescere, nisi criminum confiteor declarentur. Cum igitur Confessio jure divino integra esse debeat, eodem quoque jure confiteor criminis Confessario declarare necesse est, quoties id postulat Confessionis integritas.

Neque vero fame proximi detrabere censendus est, qui confiteor revelat Confessario, integræ Confessionis faciendæ necessitate compulsus; sicut nec maledictus censetur reus, quia a seculari iudice legitime interrogatus, criminis confiteor declarat; nec maledictior fieri sinit, qui alterius crimen occultum Principi, Episcopo, patri, amico denuntiat, ut grave imminetque malum avertat ab Ecclesia, a Principe, a Republica, a familia, a Principibus, ab amicis, vel proximi capite, fama, fortuna; quod obvis exemplis explicari potest. Non enim maligno animo, non ex odio, aut invidia in proximum hæc fiunt, sed ex officio justitiæ, caritatis, vel amicitie, & si quod malum inde redundet in reos, id per se non tendit a denuntiatoribus, quibus publicum duntaxat bonum, vel falsis Principibus, aut amicis, vel proximi utilitas studio est: & si quod reus malum evenit, id sibi tribuere debent, qui quanto iniquitate se in illud periculum coniecerunt, qui divina lenitas defendi sunt detractores, & maledicti, qui quanto in lege de Confessionis integritate compulsi, confiteor criminis, ut ei parent, in Confessione sacramentali declarant Sacerdoti vice Dei sacrum Judicium exercentis, sui habenti interentem de omnibus, quæ ad ipsius peccatum pertinent, interogandi, arcani religione obstricto, prudenti; non ut noceat, sed ut profit ipsi Penitenti, immo & confiteor, si opportunitas detur, ut ipsos cum Deo reconciliet, ut salutum illis æternam procurerit.

Pars utraque polite Regulari asseritur a S. Tb. Opusc. 12. ad F. Gerardum Leforem Bisuntinum, O. P. Q. 6. De expressione autem persone, cum qua aliquis peccavit, videtur mihi, quod non sit in Confessione faciendâ, quando potest vitari. Primo quidem, quia prodeire crimen alterius, & ledere famam, est peccatum, quod maxime vitandum est in Confessione; per quam quis quærit præsertim peccata delere. Secundo, quia a Domino, (Matth. 18.) est forma denunciandi peccatum proximi deservita, contra quam agere non licet. Tertio, quia in confessione est credendum peccatori confitenti, & pro se, & contra se, sed contra alium nullo modo esse credendum: aliquando daretur multis occasio fidei Confessionis, & fraudulenta infamationis. Et ideo, si potest speciem peccati confiteri, non innotescendo personam cum qua peccavit, peccat eam exprimentem, nisi forte salvato correctionis ordine, quem Dominus statuit. Si vero speciem peccati exprimeret non possit, nisi exprimentem personam cum qua peccavit, puta si cum forore concubuit, necesse est, ut exprimentem peccati speciem, exprimat personam; sed si fieri potest, debere querere talem Confessorem, qui personam fororis penitus non cognoscit.

Idem docet S. Raymundus, Lib. 3. §. 24. Confessio (inquit) debet esse propria, ut se ipsum tantum accuset, & non alium: alias si crimen alterius diceret, non esset error illius corrector, sed proditor, vel detractor. Fallit hoc, ubi circumstantia facti talis est, quod alias non potest confiteri; peccatum; ut si cognovit matrem, vel filiam, vel simile; & tunc non est dicendum proditor, quia non dicit, ut alium proditor, vel gravat, sed ut se liberet, quod alias facere non possit. Sed nec proditor aut detractor dicendus est, qui confiteor in Confessione sacramentali declarat, et ut ipsum a peccato liberet, nimirum ut Sacerdos ex ipsius Penitentis licentia confiteor criminis, cujus Confessionem mox excepturus est, ad peccati Confessionem, & Penitentiam abhortetur; vel ut ipsum adeat, secreto moneat, arguat, obsecret, increpet, & ad meliorem frugem reconvertat, qui si forte ipsi aliquid fructus spiritualis affulget.

Idem confirmat S. Bonav. in 4. Sentent. dist. 21. q. 3. p. 2. art. 1. Aliena peccata (inquit) aut sunt impertinentia ad peccati nostri accusationem, sed ex quadam affectione referunt, & ad quadam excusationem ille, qui confiteor, quia solvendum est miseri sociis habere peccatum; & sic dicendum quod male facit, qui sic confiteor, sicut multi simplices aliquando accusant omnes vicinos suos, ut ipsi minus confundantur, ut si dicant: Iustus latro, & furarius, peccator, & consimilia; & tales a Confessariis corrigendi sunt, qui rectam formam Confessionis non servant. Aut peccata aliena sunt nostris conjuncta, & admixta, ita quod sine illis non potest bene culpa propria explicari: & tunc licet

Quando peccatorum confiteor declarandi.

Quando peccatorum confiteor declarandi.

cium est confiteri, tamen, quoties non potest sine alieno peccato culpa propria explicari. Unde sufficit aliquando in generali, ut si mulier cognita est ab Episcopo (quod absit) sufficere dicere, quod aliquis magnus Prælatum eam cognoverit. Si a persona Religiosa, sufficit quod in generalitate sua sit, quia satis apparet genus culpe. Si vero descendat ad personam singularem, incipienda est persona confiteor. Similiter nec debet Confessor curiose inquirere de persona. Sed si suspicatur, quod sit persona, cui possit prodere, & competere, & utile sit illam scire, potest extra sacrum Confessionem illam inquirere. Nam talia frequenter sunt occasio frangendi sigillum Confessionis, ubi est maximum periculum. Si vero peccatum non potest explicari sine explicatione persona determinata, ut per se mulier inordinate a viro cognita est, tunc dicitur de marito, non peccat, pro eo quod non potest aliter confiteri propriam culpam; & tunc non debet attendi confessio aliena, sed accusatio propria: & sic generaliter verum est, quod peccata aliena non sunt dicenda in Confessione, nisi teneas quatenus sunt propria, nec Confessor debent inquirere. Unde illi Confessores, qui ramuscules in Confessione inquirunt, & audiant de alio malo, & sustinent, vix, aut nunquam a peccato detractionis excusari possunt, & nesciunt moderi animabus, dum patiuntur eos, qui veniunt ad medicinam, alios accusando sibi injurios veluti grave.

S. etiam Antonius 3. p. tit. 14. c. 19. §. 2. censet, Non peccare Penitentem, sed mereri, si personam complexus revelat Confessario, Cum bona intentione, non ut prodatur, vel se excuset, sed ut Penitentiarium oret pro eo, vel cum secreta admittione corrigat.

REGULA XXIV.

Si ex complexus revelatione in Confessione sacramentali facta, grave damnus anime, vel corpori, In casibus (inquit) imminet sui Penitenti, sive Confessario, sive ipsi complexi, aut aliis, Penitens facultatem debet alteri concedere, ut eum sibi obtinere, nequeat, reliqua peccata confiteri debeat, quæ sunt obstricta, & non potest illam confitendi oportunitas data, nulla præterea Confessio censeri non debet.

Quando concilii criminum in Confessione declarandi.

Hæc Regula nititur auctoritate S. Tb. in 4. Sententiarum, dist. 17. q. 3. Quæsiit. 4. ad quintum. In casibus (inquit) in quibus probabiliter timeat Penitentis periculum sibi, vel Sacerdoti, vel ab eodem petere licentiam alteri confitendi. Quod si licentiam habere non possit, idem est iudicium quod de illo, qui non habet episcopum Sacerdotem. Nec in hoc transgreditur præceptum Confessionis, quia præterea juris positivi non se extendunt ultra intentionem præcepti, quæ est sine præcepto: hæc autem est caritas, secundum Apostolum. Nec iterum fit aliqua injuria Sacerdoti, quia Privilegium meretur amittere, qui concessa sibi abnuit potestatem.

REGULA XXV.

Quamvis absolute liceat Confessario confiteor, cum Penitentis licentia, Superiori tantquam patri, non tantquam iudici denuntiare, necesse est, & prædenter occasione peccati complexi avertat: ea tamen licentia nec a penitente postulanda est, nec illa hodie Disiplina convenit.

Denuntiatio complexi a Confessario, etiam cum licentia penitentis peccati.

Primam Propositionis partem probat communis pene Theologorum consensus, qui post S. Thomam docent, Confessarium, de licentia Penitentis, peccatum illius, quod sub sigillo Confessionis habet, alteri revelare posse, modo absit scandalum periculum. Quidem ergo & peccatum complexi, cum eisdem Penitentis licentia, Superiori tantquam Patri, non tantquam iudici revelare possit, remoto scandalum periculo, si nimirum Superior vir sit singulari prudentia, & caritate præditus: Sic olim mulieres maritos suos adulteros Episcopo denuntiabant, qui prodesset, non obesse. Ille vero secreto corripiebat hominem, & ad Penitentiam adducere conabatur, faciendam conscientiam curare, arcani religione servata. Sic Superior ea prudentia, & caritate præditus, qua S. Augustinus; spes affulget spiritualis utilitatis maxima, complexi nimirum conversionem a Superiore procurandam, vel certe coblundam a malo; & subtrahendas illi peccandi, & alias corruptum occasiones; quanti Penitens dare poterit licentiam Confessario, ut ipse tanti boni complexum ad Superiorem eum Patrem spirituum dederat, fidei Penitentis ipse deservisset, sive in Confessione, sive extra Confessionem; S. Augustinus verba subiungit, Serm. 82. alius 16. De Verbis Domini cap. 8. Sunt homines adulteri in domibus suis, in secreto peccant, aliquando nobis produntur ad uxoris suis plerumque zelantibus, aliquando maritorum salutem quantumvis, nos non prodivis palam, sed in secreto arguimus. Tbi contingit malum, ubi moratur malum. Non tamen vulnus illud negligimus: ante omnia offendente homini in tali peccato confiteor, faciendam gerenti conscientiam, illud vulnus esse moriferum: quod aliquando qui committunt, nescio qua perveritate continentur.

Nat. Alex. Theol. Tom. I.

Partem Propositionis alteram probat frequens scandalum periculum, quod ex denuntiatione complexi a Confessario, facta Superiori, nempe Episcopo, aut Prælato Regulari, cum licentia Penitentis, immineret, & quod inde redderetur odiosa Confessio, palamque vulgaretur, nullum fieri sigilli rationem haberi. Quapropter a Synodis plerique prudenter, & iuste vetitum est, non Confessarii confiteor nominis, cognomina, vel loca mansionum a Penitentibus querant.

Odo Parisiensis Episcopus in Synodo: In Confessione (inquit) caveant sibi Confessores, ne inquirant nomina personarum, cum quibus peccaverint confitentes, sed circumstantias tantum, & qualitates. & si confiteor indicaverit, arguat eum Confessor, & secretum illud teneat, sicut confitens peccatum.

Synodus Bajocensis anno 1300. c. 82. In Confessione sibi caveant Sacerdotes, ne inquirant nomina personarum, sed circumstantias tantum, quæ possunt aggravare peccatum.

Synodus Lingonensis anno 1404. Caveant Sacerdotes, ne in Confessione inquirant ab his, quorum audiunt Confessiones, ut nominent eis expressè personas, cum quibus ipsi confitentes peccaverint, nisi esset tale peccatum, quod oporteat exprimi aliquid de persona: puta, Peccavi cum filia mea naturali, vel spirituali, vel nepti: & hoc casu non debet dici nomen proprium, aut cognomen persone.

Hæc est enim præcipuum (inquit eadem Synodus) quod in principio Confessionis Sacerdos expressè prohibet confitenti, ne ipse prodatur in sua Confessione, aut nominet peccata per aliam personam commissæ, neque ipsas personas nominatè præsumat; quia eo ipso, quod confitens prodatur peccata aliena, qua celare deberent, in hoc peccat.

Synodus Senonensis anno 1524. In audiendis Confessionibus caveant Sacerdotes, ne inquirant loca mansionum, & nomina personarum, cum quibus peccaverint confitentes: sed de circumstantiis aggravantibus diligenter examinent, ut gravitatem, & quantitatem peccati melius discernere, & iudicare, ac pro enormitate peccatorum congruam Penitentiam injungere possint.

Synodus Carnotensis anno 1526 Penitentes audiant Parochiales Presbyteri pacifice ad longum, & caute interrogent de circumstantiis peccatorum, non tamen petant personam nominari, cum quibus peccatum esse commissum.

Synodus Parisiensis anno 1577. Siforis de peccatis, que vocantur carnalia, Penitens confiteor, ne sit nimis curiosus Confessarius, nec nisi generaliter de his inquirat; nec eorum, cum quibus peccatum peccatum est, nomina, aut cognomina perscrutetur; sed generatim tantummodo petat, an sit adulterium, an sit sacrilegium, an simplex stuprum, idem cum Clerico, Sacerdote, vel Religioso, quæ circumstantia flagitii magnitudinem multo plus augeat, & ideo dicenda sunt: nominatim tamen nulla exprimat persona.

Synodalia Statuta Ecclesie Trecentis: Caveant Sacerdotes, ne a confiteor quarant nomina personarum, cum quibus peccaverit: sed circumstantias, quæ quandoque tantum aggravationem peccati faciunt, quod sine hoc de peccati quantitate non potest bene iudicari.

Statuta Synodalia Sifridi Colonenis Archiepiscopi: Sub pena Excommunicationis omnibus Sacerdotibus inhibemus, ne a confiteor nomina eorum, cum quibus peccaverint, vel circumstantias, per quas possint nomina eorum sciri, inquirant: quod si fecerint, ab officio Confessionis audiendi, & Sacrorum Ministerium ipso facto se noverint esse suspensas. Et in principio Confessionis Sacerdotes distinte inhibeant confiteor, ne peccata aliorum confiteor, vel reveleant, aut nomina eorum, cum quibus peccaverint, expriment.

REGULA XXVI.

Confessarius, qui ex Penitentis Confessione crimen complexi egavit, quod ille in sacro Tribunali interrogatus renuit confiteri, hujusmodi complexi sacramentali Absolutionem negare, eumque veluti imparatum remittere potest, ac debet, in vulgato Confessione, ex qua peccatum illius notum habet, sigillo.

Hæc Regula colligitur ex Conc. Vaseni 1. can. 8. cuius jus hæc sunt verba: Quasi si tantum Episcopus alieni seculo gerere dederit se confiteor novit, quamvis probare non possit. Nihil profert, sed cum ipso ad computationem ejus secretis complexi elaborat. Et Can. 7. Conc. Carthagenensis 5. ad ipsam sententiam aliquam sibi soli proprium crimen esse confiteor, arguo illum, neget, & penitere noluerit, non potest ad injuriam suam peccatum, Episcopus pertinere, quod illi soli non creditur; & si serupulose quod ille loquens conscientia se dicit neganti nullo communicare, terius eundem Episcopo ab aliis non communicat Episcopus, ut manifeste regis caveant Episcopus, ne dicat in quemquam quod aliis doctum est. Quomodo autem excommunicato non communicaverit Episcopus, eisdem Episcopo ab aliis non communicat Episcopus, ut manifeste regis caveant Episcopus, ne dicat in quemquam quod aliis doctum est. Eundem Canonem referunt Burcardus, Lib. 19. c. 127. additque post hæc verba, Neganti nullo communicare, hæc pericopet, Secreta tamen interdicat Communionem, donec obtemperet.

Denique S. Augustinus, Serm. 82. alius 16. De Verbis Domini, c. 8. explicans quomodo se gerere debeat Episcopus, qui fecerit alicuius crimen, vel per se ipsum, vel forte ex alterius Poenitentis arcana Confessione novit: Sic agamus (inquit) & sic agendum est, non solum quando in nos peccatur, sed quando peccatur ab aliquo, ut ab altero nesciat. In secreto debemus corripere, in secreto arguere... Novit nescio quem hominem Episcopus & alius illum nemo novit. Ego vero illum publice corripere: ac tu quavis inscribere. Prorsus nec prodo, nec negligo. Corripio in secreto; pono ante oculos Dei iudicium, verum eruent ante conscientiam, persuadent Poenitentiam, &c. Ex his autem omnibus colligitur, Sacerdotem, qui ex Poenitentis Confessione crimen complicit cognovit, quod ille in Sacro Poenitentiae Tribunali interrogatus, confiteri renuit, non posse quidem huiusmodi complicit palam Eucharisticae Communionem facram negare, sicut nec alteri cuilibet peccatori, cuius crimen sit occultum: sed tamen posse, ac debere illum secreto corripere, & ad compunctionem ac Poenitentiam promovere; atque etiam illi Communionem fecram interdicare, ut Burchardus Canonici Juris consulti, sicut Antistes interpretatur. Corruptio autem illa mollior est, palparique videretur homo in peccato peritans, nisi negaretur illi Absolutio, remittereturque vel imparetur, ut conscientiam suam diligentius discerpat, ut serio meditetur quam gravia crimina sint sacrae Confessio, & Communio; ut cogitet Deum falli non posse: peccata, quae nunc abscondere peccator sibi velle velle motu coatur, in die iudicii coram hominibus univertis, Angelis, quae revelanda, &c. Sane si Potest Sacerdos, qui est confessor criminis, oculo monere peccatorem occultum, vel etiam in publico generaliter omnes, ne ad Mensam Domini accedant, antequam de peccatis poenitent, & Ecclesiam reconcilietur, (ut docet S. Th. 3. p. q. 8. art. 6.) Potest etiam & illi, cuius crimen est per se ipsum novit, aut ex Confessione complicit, Absolutionem negare.

ARTICULUS VIII.

De Ministro Confessionis, & Poenitentiae.

PROPOSITIO I.

Solus Sacerdos Minister est Confessionis, & Poenitentiae.

Illustre huius Ministerii testimonium praebent illa Christi Domini verba, Joan. 10. Accipite Spiritum Sanctum: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Neque enim omnibus, sed Apostolis tantum haec dicta fuisse constat, quibus in hac functione Sacerdotis succedunt. Idque etiam maxime consentaneum est. Nam cum omnis gratiae genus, quae hoc Sacramento tribuitur, a Christo capite ad membra derivetur: tribuere debent Corpori Christi mystico, id est, Fidelibus illud administrare, qui soli veram eisdem Corpus conficiendi potestatem habent: cum praesentem Fideles hoc ipso Poenitentiae Sacramento ad Sacram Eucharistiam sumendam apti, idoneique reddantur. Hanc rationem convenientiae, ex S. Thoma sumptis Concilii Tridenti. Catechismus, ut enim dicitur in 4. Sententiarum, & q. 8. Supplementi, s. 1. Oratio, quae in Sacramento datur, a capite ad membra descendit: & ideo solus ille Minister est Sacramentorum, in quibus gratia datur, qui habet ministerium super Corpus Christi verum, quod solus Sacerdos est, qui consecrare Eucharistiam potest: & ideo cum in Sacramento Poenitentiae gratia conferatur, solus Sacerdos Minister est huius Sacramenti; & ideo et soli facienda est Sacramentalis Confessio, quae Minister Ecclesiae fieri debet. Haec doctrinam ab Apostolis ad nos usque continens Traditione traductam SS. Patres diversis confirmant testimonis. Jus ligandi, & solvendi solis Sacerdotibus concessum, S. Ambrosius affirmat Lib. 1. De Poenitentia, c. 2. S. Joan. Chrys. Lib. 3. De Sacerdotio, vel hoc nomine Sacerdotii dignitatem cuius alteri anteposendam censet, quod terrestres dignitates habent quidem vinculi potestatem, sed in corpora tantum: at Sacerdotum vinculum ipsam etiam animam attingit, atque ad coelos usque pervadit; & quae adeo ut quaecumque Sacerdotes in terra consecraverint, atque in caelis recta habeat, ac servorum Sententiam Dominus confirmet. Non omnes, & singula Christi Fideles (quod Haereticis posterioris saeculi impie asseruerunt) sed solus Sacerdos huius Sacramenti Minister esse, testis est S. Aug. Ep. 227. alius 180. ad Honoratum, docens quandam Episcopo, sive Clerico fugere liceat imminente obidione, aut excidii periculo: An non cogitamus (inquit) cum ad istorum periculum pervenitur extrema, nec est potestas ulli fugiendi, quantum in Ecclesia supposita ab utroque sexu, atque omni aetate consensus, alii Baptismus flagrantibus, alii Reconciliationem, alii etiam Poenitentiam ipsius actionem omnibus consolationem, & Sacramentorum confessionem, & orationem? Ubi si Minister id fuerit, quantum exitum sequitur eos, qui de istis articulis non regnerant exenti, nulligam? Quamvis etiam in istis Fidelibus sacrum, qui se secum in vita aeterna regnum non habebunt? Quamvis denique gentium omnium, & quorumdam

Solus Sacerdos Poenitentiae Minister.

quanta blasphemia, de absentia Ministrorum, & Ministrorum... Si autem Ministeri adsint, pro viribus, quae eis Dominus subministrat, omnibus subveniunt, alii baptizantur, alii reconciliantur, nulli Dominici corporis Communionem fraudantur. Denique S. Leo Ep. 22. alius 91. ad Theodorum Forojuliensem Episcopum, c. 2. scribit: Multiplex misericordia Dei in lapsibus subvenit humanis, ut non solum per Baptismum, sed etiam per Poenitentiam medicamina spiritalia repararet aeterna, ut qui Regenerantur dona violenter, proprio iudicio condemnantur, ad remissionem criminum pervenirent: sic divina bonitatis praesidium ordinat, ut indulgentia Dei nisi supplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim Dei, & hominum homo Christus Jesus hanc Praesentis Ecclesiae tradidit potestatem, & est consentanea actionem Poenitentiae darent, & eisdem salubri satisfactione purgatos, ad Communionem Sacramentorum per annum Reconciliationis admitterent.

Hinc Martinus V. in Conc. Constantiensi, redentes ad Ecclesiam a Pechlegi haereti interrogari jubet, Ursum credant, quod Christianus ultra contritionem cordis, habitaque Sacerdotis idonei, soli Sacerdoti ex necessitate salutis confiterentur, & non Laico, seu Laicis quantumcumque bonis, & devotis. Hinc etiam Eugenius IV. in Decreto, Ministerium Sacramenti Poenitentiae Sacerdotem esse declarat. Hinc tandem Sacra Synodus Trid. sess. 14. c. 6. declarat, Falsas esse, & a veritate Evangelii penitus alienas doctrinas omnes, quae ad alios quosvis homines, praeter Episcopos, & Sacerdotes, clavium Ministerium perniciosum excedunt, & contra verba Domini, Quaecumque alligaveritis super terram, erunt alligata & in caelo; & quorum remissionis peccata, & id remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt, & id omnes Christi fideles indifferenter, & promissive, contra institutionem huius Sacramenti ita fuisse dicta, ut qui potestatem habeat remittendi peccata: publica quidem corripitionem, si corruptus acquiriverit; secreta vero per spontaneam Confessionem cuiuscumque factam. Et Can. 10. Anathemate damnat eum, qui dixerit, Non solus Sacerdos esse minister Absolutionis.

Obijciunt, Lapsum olim absente Presbytero, apud Diaconum Exomologem sacre delicti sui potuisse; ut manus eis in Poenitentiam impensa, venient ad Dominum eum Pace, teste S. Cyrillio Episc. 12. ad Presbyteros, & Diaconos Carthagenenses. Respondetur, Exomologem nomine, quam Lapsi apud Diaconos facere poterant, non designari Sacramentalem Confessionem, sed follem Poenitentiae Ritu, quo Lapsi humi prostrati crimina sua palam detestabantur, & ea saepe nunquam perpetratos confessantur, & peracta Poenitentia, Ecclesiam reconciliant, & Sacramentorum Communioni restitui supplices postulabant. Haec autem restitutio, seu Absolutio a Censuris, & Poenitentia erat Episcopo reservata, sed absente Episcopo, & imminente Poenitentibus obitu, permittitur Presbyteris: isti autem absentibus, Diaconi ex Ecclesiae concessione Poenitentes reconciliare poterant, illique pacem dare. Sed Reconcilio illa, quamvis ab Episcopis, & Presbyteris facta, Absolutio Sacramentalis est: & Diaconis tamen data, erat Absolutio dumtaxat Canonica, quae ius Communionis redderet. Cum enim Absolutio Canonica praeditur foris exteriori, Diaconi, immo inferioribus etiam Ordines committi potest munus illam impartiendi. Quae sunt nempe Jurisdictionis, committi possunt Clericis non initiatis Sacerdoti, v. gr. Sententiam Excommunicationis ferre, ab Excommunicatione abolvere, Indulgentias dare. Quae sunt vero Ordinis, demandari non possunt, nisi illis, qui sunt inaugurati. Absolutio porro Sacramentalis, quamquam Jurisdictionem postulat, Sacerdotalis tamen Ordinis Ministerium est. Unde S. Cyrillius, Lib. De Lapsis, ait: Poenitenti, operanti, roganti potest elemente ignoscere, potest in acceptum referre, quicquid pro talibus & petierint Martyres, & fecerint Sacerdotes. Et paulo superius: Constituantur singuli delictum suum, dum adhuc qui deliquit, in saeculo est, dum admittit Confessio eius potest, dum satisfactio, & remissio facta per Sacerdotes, apud Dominum gratia est. Et paulo saepe: Quamvis fide maiores, & timore meliores sunt, qui quocumque nullo Sacriligii, aut Libelli facinore conficti, quantumtamen de hoc vel cogitaverint, hoc ipsam apud Sacerdotem Dei dolent, & simpliciter confitent, Exomologem conscientiae faciant, animi sui pondus exponunt, salutaris mercedem parvis licet, & quocumque vultu vultu exquirunt. Quamvis ergo suscepto Poenitentium, quae praedit Jurisdictionem exteriori fori, & Absolutionem Canonica, necnon Eucharistica Administratio, non solum prius factus, sed adulta jam Ecclesia, Diaconis aliquid demandata sit, ubi absentes erant Sacerdotes, ut idem sciunt haec Alcinus * verba Lib. De Divinis Officiis, in Cap. Jejunii: Si sive alioquin Sacerdotibus, qui in saeculo non sunt, aut in saeculo non sunt, Sacerdotibus tamen Absolutio conferri non poterat. Unde idem Auctor ait: Claves Regni Caesulis solis Episcopis, vel Presbyteris traditis esse.

Obijciunt, Lapsum olim absente Presbytero, apud Diaconum Exomologem sacre delicti sui potuisse; ut manus eis in Poenitentiam impensa, venient ad Dominum eum Pace, teste S. Cyrillio Episc. 12. ad Presbyteros, & Diaconos Carthagenenses. Respondetur, Exomologem nomine, quam Lapsi apud Diaconos facere poterant, non designari Sacramentalem Confessionem, sed follem Poenitentiae Ritu, quo Lapsi humi prostrati crimina sua palam detestabantur, & ea saepe nunquam perpetratos confessantur, & peracta Poenitentia, Ecclesiam reconciliant, & Sacramentorum Communioni restitui supplices postulabant. Haec autem restitutio, seu Absolutio a Censuris, & Poenitentia erat Episcopo reservata, sed absente Episcopo, & imminente Poenitentibus obitu, permittitur Presbyteris: isti autem absentibus, Diaconi ex Ecclesiae concessione Poenitentes reconciliare poterant, illique pacem dare. Sed Reconcilio illa, quamvis ab Episcopis, & Presbyteris facta, Absolutio Sacramentalis est: & Diaconis tamen data, erat Absolutio dumtaxat Canonica, quae ius Communionis redderet. Cum enim Absolutio Canonica praeditur foris exteriori, Diaconi, immo inferioribus etiam Ordines committi potest munus illam impartiendi. Quae sunt nempe Jurisdictionis, committi possunt Clericis non initiatis Sacerdoti, v. gr. Sententiam Excommunicationis ferre, ab Excommunicatione abolvere, Indulgentias dare. Quae sunt vero Ordinis, demandari non possunt, nisi illis, qui sunt inaugurati. Absolutio porro Sacramentalis, quamquam Jurisdictionem postulat, Sacerdotalis tamen Ordinis Ministerium est. Unde S. Cyrillius, Lib. De Lapsis, ait: Poenitenti, operanti, roganti potest elemente ignoscere, potest in acceptum referre, quicquid pro talibus & petierint Martyres, & fecerint Sacerdotes. Et paulo superius: Constituantur singuli delictum suum, dum adhuc qui deliquit, in saeculo est, dum admittit Confessio eius potest, dum satisfactio, & remissio facta per Sacerdotes, apud Dominum gratia est. Et paulo saepe: Quamvis fide maiores, & timore meliores sunt, qui quocumque nullo Sacriligii, aut Libelli facinore conficti, quantumtamen de hoc vel cogitaverint, hoc ipsam apud Sacerdotem Dei dolent, & simpliciter confitent, Exomologem conscientiae faciant, animi sui pondus exponunt, salutaris mercedem parvis licet, & quocumque vultu vultu exquirunt. Quamvis ergo suscepto Poenitentium, quae praedit Jurisdictionem exteriori fori, & Absolutionem Canonica, necnon Eucharistica Administratio, non solum prius factus, sed adulta jam Ecclesia, Diaconis aliquid demandata sit, ubi absentes erant Sacerdotes, ut idem sciunt haec Alcinus * verba Lib. De Divinis Officiis, in Cap. Jejunii: Si sive alioquin Sacerdotibus, qui in saeculo non sunt, aut in saeculo non sunt, Sacerdotibus tamen Absolutio conferri non poterat. Unde idem Auctor ait: Claves Regni Caesulis solis Episcopis, vel Presbyteris traditis esse.

Obijciunt, Diaconis audiendi Confessiones, & Poenitentias imponendi potestatem facere Concil. Eboracense anno milleimo centesimo nonagesimo quarto celebratum, & Londinense anno ducesimo supra milleimum, & Odonem de Soliaco Parisiensem Episcopum, qui post annos octo ad Dominum migravit. Respondetur, Synodus Anglicana, & Odonem de Soliaco, non permisisse Diaconis Administrationem Sacramenti Poenitentiae, sed caeremoniam cuiusdam ex eorum numero, quae Theologi vocant Sacramentalia, executionem, quae, deficiente vero Sacramento, Moribundi in impotenti illud consequendi, ob Sacerdotum absentiam confluxit, Contritio excitarer, & Caritas accenderer: atque Deus interiori ejus dispositione, & precibus Ecclesiae motus ipsi effectum Sacramenti tribueret. Nec mirum, cum ejusdem generis Confessionem Laico fieri urgenti necessitate scripserit S. Th. quae tamen non sit Sacramentum perfectum, quia dicitur, id, quod est ex parte Sacerdotis, scilicet Absolutio. Quod & Odo de Soliaco in statusu Synodali, Statuto 56. satis explicat. Prohibetur distinctio (inquit) ne Diaconi ullo modo audiant Confessiones, nisi in arctissima necessitate: Claves enim non habent, nec possunt abolvere.

Obijciunt tertio, Poenitentiam esse necessarium Sacramentum, sicut & Baptismus: Baptismi porro, propter necessarium Sacramenti, quilibet homo Minister est periculo mortis imminente: igitur & Poenitentia, & Confessionis quilibet Christianus, urgente necessitate, Minister est. Respondet S. Thomas, qu. 8. Supplementi, art. 1. ad secundum; quod Baptismus igitur magis Sacramentum necessarium, quam Poenitentia, quoad Confessionem, & Absolutionem, quia quandoque Baptismus praetermissus non potest sine periculo salutis aeternae, ut patet in pueris, qui non habent usum rationis: sed non est ita de Confessione, & Absolutione, quae ratiis ad adultos pertinet; in quibus contritio cum proposito confitendi, & desiderio Absolutionis sufficit ad liberandum a morte aeterna.

Obijciunt tandem illud Jacobi 5. Confitemini alterutrum peccata vestra, ex quibus verbis colligitur, Christianis Confessiones peccatorum suorum mutuo excipere posse, neque adeundum esse necessarium Sacerdotem. Respondet S. Jacobus in locutione Confessionis Sacerdotibus faciendae, cum divinum institutionem Confessionis Sacerdotibus faciendae supponeret, illisque collata a Christo remittendi peccata potestatem, Joannis 20. Unde praemittit S. Jacobus: Infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyterus Ecclesiae, & orans super eum, ungentes oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Subditque continenter: Confitemini ergo alterutrum peccata vestra. Quibus verbis significari videtur Confessionis Ministerium ad Sacerdotes pertinere, non minus quam Unionis Extrema.

Respondet S. Jacobus de Confessione venialium explicari posse, quae Christiano cuique fieri potest, ut humilitate, & mutua oratione remittantur; non de Confessione mortali, quae faciendae est necessarium Sacerdoti, ut eorum vinculis peccator ab ipso solvatur. Unde Dominus non quibuscumque, sed solis Discipulis praecipit, ut Lazarum solverent (Joannis 11.) & leprosum ostendit Sacerdoti Lex jubebat, ut de illa iudicium ferre posset. Hinc Venerabilis Beda S. Jacobi Sententiam sic explicat: In hac sententia illa debet esse discretio, ut quotidianam, levissimam peccata cogitantes alterutrum confiteamur: porro graviori lepra immunidiam Sacerdoti pandamus: atque ad eius arbitrium, qualiter, & quanto tempore iusserit, purificari curemur.

PROPOSITIO II. Ad Confessiones audiendas, & Ministerium Sacramenti Poenitentiae non sufficit Potestas Ordinis Sacerdotialis, sed necessaria est Potestas Jurisdictionis ordinaria vel delegata, sive a Superiore demandata.

Absolutio enim Sacerdotis a Christo instituta est Ad infirmum aeternae salutis, quae ab ipse velut a iudice sententia pronuntiantur (inquit Tridentina Synodus sess. 14. c. 6.) Quomodo igitur natura, & ratio iudicis illud exposcit, ut sententia in subditis dumtaxat feratur, persuasum semper esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet Jurisdictionem, quod verissimum esse eadem Sacra Synodus confirmat cap. 7. idque antea declaraverat Eugen. IV. in Decreto; & ante fertur verbis asserens, sub Janne. III. Can. 21. differtur solvere, alienum Sacerdotem sine licentia propria solvere, vel ligare non posse, defectu scilicet Jurisdictionis, si quis autem (inquit) alieno Sacerdoti voluerit iuxta de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet, & obtineat a proprio Sacerdote: cum aliter ipse illud non possit abolvere, vel ligare.

Id confirmat S. Thomas hac ratione. Imperare alteri nemo potest, eumque ad poenam satisfactoriam subeundam obligare, nisi in eam Jurisdictionem habeat, Minister autem Sacramenti Poenitentiae obligare potest Poenitentem ad

penam satisfactoriam iam subeundam: necessaria igitur est; ut eo ministerio fungatur, non solum potestas Ordinis, ut in aliis Sacramentis, sed etiam potestas Jurisdictionis. Et ideo sicut ille, qui non est Sacerdos, non potest hoc Sacramentum conferre, ita nec ille, qui non habet Jurisdictionem. Et propter hoc oportet, sicut Sacerdoti, ita proprio Sacerdoti Confessionem fieri. Cum enim Sacerdos non absolvat, nisi ligando ad aliquid faciendum, ille solus potest abolvere, qui potest per imperium ad aliquid faciendum ligare.

Denique Concilii Trid. Catechismus, p. 2. De Sacramento Poenitentiae, §. 71. ubi docuit Confessionis Ministerium habere oportere non solum Ordinis, verum etiam Jurisdictionis potestatem ordinariam, aut delegatam; subdit: Quanta olim religio in antiquissima Ecclesia ius Ordinarii Sacerdotis conservatum fuerit, ex veteribus Patrum Decretis facile intelligitur: quibus cautum est, ne quis Episcopus, aut Sacerdos in alterius Parochia aliquid gerere audeat sine ejus auctoritate, qui illi praesert, aut nisi magna necessitate cogere videretur. Id vero ab Apostolo sancitum est, cum Tito praecipit, ut in singulis civitatibus Sacerdotes constitueret: qui scilicet doctrina, & Sacramentorum cultum pabulo Fideles alerent, & educarent. Discipulum illum, qui laudat Concilii Catechismus, antiquis Canonibus sanctam legimus? scilicet, Can. Si quis Episcopum, Causa 16. qu. 2. & Can. Nullus, Causa 9. qu. 2. Item Can. Nullus, Causa 9. qu. 2. Item Can. Nullum, ibid. & Can. Placuit, dist. 6. De Poenitentia, quo statuit Urbanus II. ut deinceps nulli Sacerdotum liceat quolibet commissum alteri Sacerdoti Poenitentiam suscipere sine ejus consensu, qui prius se commisit, nisi pro ignorantia illius, cui prius confitatus est. Qui vero contra statuta facere tentaverit, gradus sui periculo subiacet.

Quamvis autem potestatem Ordinis ad remittenda peccata Sacerdotes accipiunt, cum inaugurantur, quod his verbis in ipso Ordinationis Ritu significat Episcopus Manus imponens: Accipe Spiritum Sanctum. Quorum remissionis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueris, retenta sunt: non tamen accipiunt potestatem Jurisdictionis, nisi cum Pastorale Beneficium accipiunt, aut ab Episcopo ad Confessiones audiendas approbatur. Ordinarius itaque Jurisdictionis potestatem habent, quicumque Animarum Regimini praesentur ab Ecclesia, scilicet Summus Pont. in tota Ecclesia; Episcopus quilibet in sua Diocesi, Episcopi quoque Poenitentiarum Parochus in sua Parochia; Praelatus Regularis in Regularibus dumtaxat personis ipsi subditis. Delegatum vero Jurisdictionis habent potestatem, quicumque ab Episcopis ad Confessiones audiendas admittuntur.

PROPOSITIO III.

Quilibet Fidelis tenetur semel in anno peccata sua confiteri proprio Sacerdoti, vel alteri de ejus licentia.

Ita decrevit Conc. Lateranense IV. sub Innoc. III. Can. Annua Confessio. Omnis utriusque sexus Fidelis, postquam ad annos distinctio pervenerit, omnia sua peccata confiteatur fideliter proprio Sacerdoti, & in iudicium sibi Poenitentiam student pro viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistia Sacramentum, nisi forte de confilio proprio Sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus percipione duxerit abstinentiam: alioquin & vivens ab Ecclesia ingressu acceretur, & mortuus Christiana careat sepultura. Unde hoc salutare Statutum frequenter in Ecclesia publicetur, ne quisquam ignorantia caecitate velamen excusationis assumat. Quis autem alieno Sacerdoti voluerit iuxta de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet, & obtineat a proprio Sacerdote; cum aliter ipse non possit solvere, vel ligare. Quam Lateranensis Concilii Constitutionem confirmat Sacra Synodus Trident. Sess. 14. cap. 5. & can. 3.

PROPOSITIO IV.

Proprii Sacerdotis nomine Parochum intellexit Lateranense Concilium.

Ita Concilii Decretum explicant Martinus IV. Constitutione, quae incipit, Ad uberes, data 4. Idus Januarii, anno 1281. decernens, ut qui peccata sua apud Fratres Minores Cerdos deposuerint, suis Presbyteris Parochialibus confiteri; solum semel in anno, prout Concilium generale statuit, teneantur. Benedictus XI. Constitutione, quae incipit, Inter cunctas, proprii Sacerdotis nomine Parochum pariter intellexit: Districte (inquit) injungimus, ut Fratres ipsi, confitentis aeternae monent, & in suis praedicationibus exhortentur, quod suis Sacerdotibus semel confiteantur in anno, asserendo id ad animarum profectum proculdubio pertinere. Sixtus IV. in Extr. Vices illius, jubet ut Religiosi Mendicantes desistant praedicare, quod Praecharum non sunt obligari, solum in Paschate, proprio Sacerdoti confiteri. Conc. Biterrense anno milleimo ducesimo quadagesimo sexto celebratum a Guillelmo Narbonensi Archiepiscopo, & ejus Substantis, Can. 46. Qui vero proprio Sacerdoti

Ad Tit. 1.

Quis pro-

Ad Tit. 1.